

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXCII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

Justingen, Anshalmus filius suus. Eb. de Rosennowe, miles, B. dictus de Liebenstain. C. de Gruningen. B. scriptor de Melchingen & ceteris fide dignis. In cujus rei testimonium nos predicti H. Manigol. & Wol : comites ac fratres de Veringen presentem cedula munimine nostrorum sigillorum uolumus reborare. Datum Rudelingen Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVII<sup>o</sup>. feria tertia ante festum Walpurgis.



## CXCII.

ALBERTUS REX ROMANORUM EGONI COMITI  
FRIBURGENSEI OPPIGNERAT CASTRUM MALBERG,  
MILLE MARCIS ARGENTI REDIMENDUM.

ANNO MCCXCVIII.

*Ex autographo Bada-Durlacensi.*

**N**os ALBERTUS Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus significamus presentium inspectoribus universis, quod nos devotionis puritatem & fidei constantiam spectabilis viri Egonis Comitis de Vreiburch fidelis nostri dilecti benignius intuentes sibi propter sua grata & fidelia que nobis impendit servitia & impendere poterit in futurum, Castrum *Malberch*, cum bonis, villis, juribus, hominibus & aliis suis pertinentiis vniversis pro mille marcis argenti, Argentinensis ponderis

duximus obligandum, & titulo pignoris per ipsum Egonem vel heredes ipsius tamdiu tenendum, quousque idem Egno vel sui heredes, in prefatis mille marcis argenti per nos vel nostros in Imperio successores fuerint plenarie expediti. Nolentes, ut fructus percipiendos, quos sibi ex libertate Regia condonamus, memoratus Egno vel sui heredes in fortem debiti principalis computare ullatenus teneantur. In cuius rei testimonium presentes conscribi, & Nostre Majestatis sigilli munimine iussimus roborari. Datum apud Nurnberch XVI. Kal. Januarii anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo Indictione XII. regni vero nostri anno primo.

||  
(L. S.)



CXCIII.

ALBERTUS REX ROMANORUM FRATRI SUO ALBERTO COMITI DE LEWENSTEIN CONFIRMAT OMNIA, QUÆ A PATRE SUO RUDOLPHO ACCEPERAT.

A N N O M C C X C V I I I .

*Ex Tabulario Electorali Palatino.*

**A**LBERTUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis sacri Romani Imperij fidelibus presentes Litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Licet ad omnes fideles nostros, quos Romanum